



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De interdicto & eius speciebus cap. 51.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

seruare. Sed qui maiorem ordinem ita suscepit, non potest in eo ministrare non suscepto inferiore, & ad vtrumque requiritur dispensatio quam potest dare Episcopus si non ministrauerit in ordine ita suscepto: nam secus non potest nisi delictum esset occultum Trid. sess. 24. cap. 6.

*De Interdicto, & eius speciebus.*

*Cap. 51.*

**I**nterdictum est Ecclesiastica censura sacramentorum vsu, diuina officia, & sepulturam ecclesiasticam, secundum se ipsam, prohibens. Sacramenta namque, diuina officia, & sepultura tripliciter considerantur, primo quatenus ad fidelium communionem pertinent. \*Secundo, ut sunt actus alicuius ordinis, vel officii. \*Tertio. Secundum se ipsa, hoc est, quatenus sunt Ecclesie bona. \*Primo modo illis pri-

uamur per excommunicationis sententiã: Secundo. Per suspensionẽ.  
 \*Tertio. Per Interdictum. Interdictum autem triplex est, locale, personale, & mixtum quando interdicitur tam locus quam persona, interdicitur enim aliquando locus & non persona. Interdicta autem ciuitate tantum, ciues non interdicti ad aliam ciuitatem, progredi possunt, & ibi bonis spiritualibus frui: quæ priori in ciuitate interdicta erant. Personale interdictum aliud est generale quando omnes personæ alicuius loci aliud particulare quando aliquæ tantum interdiciuntur.

*De causis Interdicti, effectibus,  
 & Absolutione Cap. 52. 53  
 54 & 55.*

**I**lle potest interdictum ponere, qui potest excommunicare. Interdici potest persona,